



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

10. Venditio de semetipso, qualiter homo liber venundetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

ratione ut mihi exinde non liceat aliubi nec vendere nec donare nec in nullō modo distrahere, sed sub vestro praetexto, quatenus decretum vestrum manserit, hoc tenere & usurpare faciam. Vnde censivi me annis singulis ad festivitatem ipsius sancti partibus vestris reddere argentum tantum. Et post meum quoque difceſſum ſupraſcriptam rem cum omni integritate & soliditate ſua, quicquid ibidem aſpicere vel pertinere videtur, cum omni ſuprapoſito, vel quicquid ibidem tranſitus meus dereliquerit, abque ullius expeſata traditione vel judicium conſignatione, aut heredum meorum repetitione, vos agentes que ipsius Ecclesia in eorum faciant revocare potestatem vel dominationem. Et si fuerit aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, vel quilibet perſona qui contra hanc precatorium aliquam calumniā vel repetitionem cum contemptu generare präſumpſerit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui item intulerit ſolidos centum componat, & hæc preatoria, quamvis per diverlorum annorum curricula à me fuifet poſſeſſa, nullum præjudicium vobis non præparetur, ſed ita firma permaneat quaſi per quinquennium fuifet renovata, cum ſtipulatione ſubnixa, omnique tempore inviolata permaneat.

*Item venditio.*

VIII. Magnifico fratri illo, ego ille. Conſtar me tibi vendidiſſe & ita vendidi infra terminum sancti illius, in loco nuncupante illo, campum vel vineam juris mei, habentem arpennos tantos. Eſt qui dem de uno latere & fronte terra illius, de alio latere & fronte terra illius. Vnde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit, valentem ſolidos tantos, ita ut ab hodierna die quicquid de ſupradicta re facere volueris, liberam habeas potestatem, falvo jure ipsius sancti. Et si fuerit, aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, vel quilibet perſona qui contra hanc venditionem aliquam calumniā vel repetitionem generare präſumpſerit, contra cui item intulerit ſolidos quindecim componat, & hæc venditio firma permaneat.

*Venditio de ſervo.*

IX. Magnifico fratri illo, ego ille. Conſtar me tibi vendidiſſe & ita vendidi ſervum juris mei nomine illum, non fūrem, non fugitivum, fed ſanum corpore, bonisque moribus conſtructum. Vnde accepi à te pretium, in quod mihi bene com-

placuit, valentem ſolidos tantos. Ita ut ab hodierna die quicquid de ſupradicto ſervo facere volueris, liberam habeas potestatem. Et si fuerit, aut ego ipſe, aut ullus de heredibus meis, vel quilibet perſona qui contra hanc venditionem aliquam calumniā vel repetitionem generare präſumpſerit, contra cui item intulerit ſolidos hexaginta componat, & hæc venditio firma permaneat.

*Venditio de ſemetiſpo, qualiter homo liber venundetur.*

X. Domino temper meo illo, ego ille. Placuit mihi ut ſatum ingenuitatis meæ in vestrum déberem obnoxiare ſervitum, quod ita & feci. Vnde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit, ſolidos tantos, ita ut ab hodierna die quicquid de me ſervo tuo, ſicut & de reliqua mancipia tua, facere volueris, à die praefente liberam & firmiſſimam in omnibus habeas potestatem. Et quod fieri non credo, ſi fuerit ulla quilibet perſona qui contra hanc venditionem, quam ego mea ſpontanea voluntate fieri & affirmare rogavi, qui contra eam aliquid agere vel calumniā generare conaverit, illud quod repetit non vindicet, & insuper contra cui item intulerit auri libram unam, argenti pondō quinque coactus exſolvat, & hæc venditio firma permaneat.

*Epiſtola collectionis.*

XI. Nos quoque in Dei nomine ma- tricularij sancti illius, dum matutinis ho- ris ad oſta ipsius Ecclefiae obſervanda con- veniſſemus, ibique infantulum ſanguino- lentum, periculo mortis imminente, pan- nis involutum invenimus, & ipsum per tri- duum ſeu amplius apud plures homines in- quisivimus qui fuum eſſe diceret, & non invenimus, cui nomen ipsum impoſuimus. Sed poſtea pietate interveniente, & Do- mini misericordia opitulante, ipsum infantulum homini aliquo nomine illo ad nu- triendum dedimus; ut ſi Deo präſule con- valuerit, ipsum in ſuis ſervitū ac ſolatis juxta legis ordinem retineat. Pro quo pre- tiū accepiſſimus, in quod nobis bene com- placuit, valentem ſol. tantos. Et ut prä- fensa epiftola firmiter ſit, manibus propriis eam ſubter firmavimus, & bonis homini- bus roborandam decrevimus, ſecundūm ſententiam illam que data eft ex corpore Theodosiani libri quinti, dicens: *Si quis infantem à ſanguine emerit, ſi nutritum do- minus vel pater eum recipere voluerit, aut ejusdem meriti mancipium, aut pretium ny-*

Interpret.  
Iunior Cod.  
Th. de his  
qui fangu-  
nol.

G g iiij